



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Militia Sacra || Dvcvm Et Principvm || Brabantiaë,||

Molanus, Johannes

Antverpiae, [1592]

Philippi Ducis & Regis Castellae pacata fuisse tempora. Cap. LXXIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38114

Hic primus fuit, inquit Pontus, Belgarum Principum, qui nobiles ac potentes homines armis ius, quod habere sese existimabant, exsequi prohibuit.

De sacra contra Turcas militia MAXIMILIANI Imperatoris.

C A P. L X X I I.

PER Mariam vnicam Caroli Ducis filiam & hæredem Maximilianus Austriacus ad Ducatum peruenit: qui etiam, mortua charissima sibi coniuge, liberis nondum puberibus tutor datus est.

XVII. Lotharingie & Brabantie Dux, Maria nupta Maximiliano Imp.

Hic, vt Lazius scribit in Commentarijs genealogiæ Austriacæ, quintū bellum absens per suos in Carniola & Windorum Marcha aduersus Turcas administravit: qui facta incursione anno eiꝰ. cccc. xcii. miserè Carniolam, Ciliensem ditionem, Carinthiam & Styriam depopulati fuerant. Quo bello Georgij ab Herberstein virtus enituit. De hoc bello sunt carmina Ioannis Rami.

*Ip̄ Mahometigenas deduxit & agmina turmas,
A quibus affectus clade Liburnus erat.*

PHILIPPI Ducis & Regis Castelle pacata fuisse tempora.

C A P. L X X I I I.

PHILIPPVS annum agens ætatis decimum sextum, præsentem patre Maximiliano, Louanij inauguratur anno eiꝰ. cccc. xciv.

XVIII. Lotharingie & Brabantie Dux Philippus Rex Castelle.

H 2 die

die IX. Septemb. De quo hoc loco id dicere
sufficiat quod Marchantius scribit : Philip-
po Austrio primo, nihil humanius, nihil
magis pacatum fuit. Ex Ioanna Ferdinan-
di & Isabellæ Regum Hispaniæ filia & hære-
de, Carolum & Ferdinandum Imp. Eleo-
noram Lusitaniæ Galliarumque, Isabellam Da-
niæ, Mariam Hungariæ, & Catharinam Lu-
sitaniæ Regibus nuptas felicissime proge-
nuit. Fuit ille Brugis vrbe Flandriæ natus
Burgis vrbe Castellæ febris extinctus, Gra-
natæ Beticæ sepultus, quum viginti quin-
que Imperij materni, viginti VIII. anno
vitæ expleuisset.

*De multiplici sacra militia CAROLI V
Imperatoris.*

C A P. L X X I V.

XIX. Lotha-
ringie ac
Brabantie
Dux Caro-
lus V. Impe-
rator.
I. cont. Mar-

N V N c ad Carolum V. veniamus, nostra
memoria optimum Principem : qui in
sacris bellis animum & vestigia Caroli Ma-
gni est imitatus.

Primum eius bellum fuit anno CIJ. IO.
XVIIII. contra Marrhanos. De quo Surtius
in Commentarijs : Carolus Hispaniarum
Rex magnas eduxit copias cōtra Marrhanos,
& expugnatis munitissimis eorum oppidis,
plus minus XL milia barbarorum prostravit.
Ex præda eius victoriæ duo pretiosissima ve-
xilla Cæsari Maximiliano auo suo pater-
no transmisit.

Secun-